

Dissertatio Juridica, De Pulvere Pyrio, Sive Fulminari: Vulgo: Schieß-Pulver

Buetzovii: Typis Johannis Gotthelfi Fritzii, [1762]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn887479553>

Druck Freier  Zugang



Universität Bützow

Jur. Fak. 1762

Mantzel / Hartwig

Bützow 085

DISSERTATIO JURIDICA
PULVERE PYRIO
SIVE
FULMINARI

Quoq; quibus

DR. THEOM. HENRICH WILHELM
IN UNIVERSITATE FRIDERICIANA
MEDICINAE

DR. ERN. JO. FRIED. WILHELM

PHYSICAE
IN UNIVERSITATE FRIDERICIANA
MEDICINAE

ALTIORUM ANTIQVARIARVM
ANNO MDCCCLXXII

FRIED. WILH. HARTWIG

PHYSICAE
IN UNIVERSITATE FRIDERICIANA
MEDICINAE

PHYSICAE
IN UNIVERSITATE FRIDERICIANA
MEDICINAE

SERENISSIMO DUCI
AC DOMINO,
DOMINO
FRIEDERICO,
DUCI REGNANTI MECKLENBUR-
GENSI, PRINCIPI VANDALORUM,
SVERINI ET RAZEBURGI,
COMITI ITEM SVERINENSI, TER-
RARUM ROSTOCHII ATQVE
STARGARDIÆ, DY-
NASTÆ:

ACADEMIÆ
FRIEDERICIANÆ,
MECKLENBURGICÆ, FUNDATORI
ET NUTRITORI,
LONGE GRATIOSISSIMO:

PATRIÆ PATRI

AC
DUCI DOMINOQVE NOSTRO

LONGE CLEMENTISSIMO:

HUNC
TENUUM LIBELLUM
ACADEMICUM,

CUM DEVOTISSIMO VOTO,
PACIS ET FELICISSIMÆ
LONGÆVITATIS,

SUBMISSISSIME ATQVE HUMILLIME

SACRAM ESSE CUPIUNT,

PRÆSES,

ERN. JO. FRIED. Mantzel,

ET RESPONDENS,

FRIED. WILH. HARTWIG.

CUM DEVOTISSIMO VOTO,

PACIS ET FELICISSIMAE

LONGEVITATIS.

CHRISTIANISSIMO ATQUE HUMANISSIMO

SAECULO IN HOC MUNDO

IN HOC SAECULO

FRANCO JOSEPHO WILHELMO

ET REGNO

FRANCO JOSEPHO WILHELMO



J. N. D.
INGRESSUS.



Non plane, inter arma, siluerunt Musae:
Obiecta mouerunt sensus, externos
& internos deqve militia & militari
jure cogitandi, frequens data fuit oc-
casio. Nobis *pulueris pyrii*, quem, &
fulminalem, item fulminarem mitratumque, appel-
lant, Lipsius & alii, soepe incidit consideratio, indeqve
enata est dissertatio academica, pro amicis scripta. Fi-
ent lemmata nonnulla, quibus praemittere vel defini-
tionem, verbalem, vel realem, propter euidenciam &
vocum familiaritatem, possumus supersedere. Puluis
vocatur omne contritum, quod, juxta particularum
a grano-

granorumque conditionem, patitur diuisiones. Colores sunt ex merè accidentalibus, vel factitiis, vel naturalibus. Vid. qua nostrum pyrium, mox allegandus Dn. *Struensee*. nūq̄ graecis est ignis. Germanicum: *Schieß Pulver*, quod est in rubro, omnia exhaurit, & quia *Schuß* & inde *schiessen* hoc loco facit ideam, distantiae, arcu vel sclopeto, majori minoriue, aliquid petendi feriendique, nulla superest obscuritas.

Jam nominatus *Celeb. Dn. Struensee*, Prof. Lignicensis, in eleganti libro, quem inscripsit *Anfangs-Gründe, der Artillerie*, P. I. C. I. 2. 3. 4. instruit multis, allegans *Siemenizium*, *Buchnerum*, *Etrichium*, alios.

Exprimit ille, §. 34. das knallende Pulver, per oppositionem cum aliis speciebus. Quod autem detur *stilles Schieß Pulver*; cuius color, vt fertur, albus esset, ex eo intelligere nequiuimus. Deus annuat operae & Lectores boni scripta accipiant beneuole.

TRACTATIO

I.

Militiam veterem, maxime qua arma, considerare, & iuuat & delectat habetque hoc studium influxum, in Jurisprudentiam.

§. I.

Quis negaret illum influxum, qui, ad digitos, potest enumerari, ex jure personarum, rerum, & actionum, item delictorum; non tantum qua

qua Jus priuatum; sed maxime, qua Jus Gentium, Publicum, Ecclesiasticum, & praesertim, qua Feudale. Fiat inductio, cui impares sunt hae pagellae. Accidit summa necessitas & vberissima vtilitas, in Historia, speciatim Heraldica, interpretatione sacri Codicis & sic porro.

§. II.

Legantur Scriptores, ex quibus speciosa componi posset Bibliotheca. Remittimus id Bibliothecarios, quo nomine nobis veniunt celebres viri compilatores, quorum messis tamen patitur spicilegia, maxime ex nouioribus scriptis accedentibus. Nouissimus, quantum nouimus, est felicissimus labor, *Ill. Dn. J. H. KIRCHHOFII, S. Reg. Maj. Dan. Consil.* qui, hoc anno, prodiit, Hamburgi, in forma octaua, sub titulo: *Abhandlung, von den besondren Soldaten-Rechten, Vorzügen, und Freyheiten; Meretur, hoc loco excerpi passus praefationis sequens, p. 20. Eine gänzliche Veränderung, des Kriegs-Wesens, hat die Erfindung, des Pulvers, veranlasset. Alle Kriegs-Anschläge liegen nun am Geschütze: wo dasselbe recht eindringet und die erforderliche Wirkung thut, da erfolget insgemein der Sieg. Denn was ist, das dergleichen Gewalt widerstehen kann? Unübersteigliche Mauern, starke Wehren, dicke Thürme, sehr bevestigte Boltwerke, und tiefe Gräben, werden, durch das Artillerie-Feuer, zersprenget, zerschmettert, zerschlagen, niedgerissen, und in einen Steinhaufen verwandelt. Keine Bestung ist daher, so sehr sie auch bevestiget, daß sie nicht sollte, durch das grobe Geschütze, können überwältiget und zur Ubergabe*

gezwungen werden. Hätten die Griechen und Römer dergleichen Geschütze gehabt; Erstere hätten nicht dürfen Troja und Letztere Bejos zehn Jahre belagern. Dieß würde nur ein Werk, von etlichen Wochen gewesen seyn. Belle! audiatur magnus obsessor, quaerens: Ob die Bestung oben offen? & ad acceptam affirmationem respondens: So wil ich sie wol gewinnen.

§. III.

Legatur idem *III. Autor*, qua viuida verba p. 243.

Denn so hat sich die Gefahr unbeschreiblich vergrößert, nachdem die Waffen sich verändert, und das erstaunliche Schieß Pulver erfunden worden. Die Tapferkeit hat ein ganz anderes Ansehen. Wer einen Römer tödten wolte, mußte, das wenige Pfeilschießen und Werfen ausgenommen, wie ein Römer sich bloß stellen, und ein Tapferer konte nicht, von einem kahlen Laurer und Bärenhäuter, ums Leben gebracht werden. Die Flucht, war, der Zeit viel schändlicher als jeko, weil man oft mit wenig Mannschafft vielen widerstehen konte.

Man nehme das Exempel eines Helden, der nur den Rücken etwas gedecket hat. Dieser ist im Stande, sich oft gegen drey und mehrere, die, mit den Degen, auf ihm zuhauen, zu wehren und wohl gar ihr Meister zu werden. Ist aber kann der geringste Soldat den vortreflichsten Helden niederschleßen und es hilft ihm nichts, daß er einen guten Rücken hat. Entweder du mich, oder ich dich, hieß es, vor der Pulver-Erfindung; Nun aber gehet es viel anders, und ist eine kluge retirade viel besser, als eine rasende Tapferkeit.

§. IV.



§. IV.

Quo minora, mole, interdum sunt eruditorum specimina, eo difficilius sunt habenda, eo facilius disparent pereuntque. Perplacet *Cel. Dn. ACHENWALLI Comment. ad Tacitum, de veterum Germ. armis, ed. Goett. 1755. 4.* Articuli, de gladio, spatha, lance, hasta, framea, francisca & securibus legi merentur. *Cl. Dn. J. F. ZACHARIAE, anno 1735. Kolonii habuit diff. I. de Re militari Hebraeorum, lectu dignissimam.* An secunda prodierit, in numerato non habemus. *Cel. Dn. J. G. LAURENTII Beiträge, zur Historie, des teutschen Kriegs-Wesens und zur Schreibart in Kriegs-Sachen, Gothae 1758.* venustissima praebent. Praeferant, 1753 & 1757, Abhandlungen: Prior, von den Kriegs-Gerichten, der alten Deutschen; posterior, von den Kriegs-Gerichten zu unsern Zeiten. Articulus primus exhibet ein Verzeichniß, einiger alten und guten deutschen Schriften, von deutschen Kriegs Sachen, im 15ten und 16ten Jahrhundert.

Neminem legisse poenitebit. Reliqui articuli spirant ingenium, iudicium, lecturam & philologiam, maxime qua officia bellica & terminos technicos. Sed non est animus ineundi numerum scriptorum concernentium. Allegati a *Dn. KIRCHHOFIO* & in fine operis ordine alphabetico recensiti, faciunt, *coll. praef. p. 22. Bibliothecam.*

§. V.

Vegetius, cujus Heros est *Livius*, quem naevis haud carere contendunt nonnulli, noluit praeteriideri.

a 3

Nos,

* * *

Nos, ad nostra rariora qualiacunque numeramus editionem ejusdem, cum commentariis, Coloniensem, de anno 1532. in 8. En! integram inscriptionem:

FLAVII VEGETII RENATI, Viri Illustris, de re militari.

SEXTI JULII FRONTINI, Viri Consularis, de strategematis.

ÆLIANI (Claudii) de instruendis aciebus.

MODESTI de Vocabulis rei militaris.

Praeclara opera nunc demum ad multorum vetustissimorum Codicum fidem recognita & castigata. Coloniae Anno MDXXXII.

§. VI.

Habemus etiam, inter reculas nostras, editionem Lugdunensem, de 1644. in 12. ex recensione *Petri Scriuerii*. Omisit editor, minus recte, *Modestum*, de vocabulis militaribus: Faciem praebet liber sequentem: Viri Illustris, *Flavii Vegetii Renati*, & *Sex. Jul. Frontini*, Viri Consularis, de re militari opera. Accesserunt autem, loco omissorum; Vetustissimi scriptoris, *Aeneae, Poliorceticus*, siue de toleranda obsidione, *Isaaco Casaubono* interprete. *Polybii Lycortae F. Megapolitani*, Comment. Polemicus, siue de militia & castrametatione Romanorum, ex *Historiarum Libro VI.* eodem interprete. De hoc Megapolitano, cujus Libri omnes, in lingua Originali graeca, in his sunt manibus, alio loco plura; vbi de confusione Megapoleos graecae & nostri

Meck-



Mecklenburgæ. Accessit porro, præter *Aeliani Tacticam*, siue de aciebus instruendis, ad Adrianum Imp. Petri *Scriverii* Correctionum militarium Liber, siue Animaduersiones in Vegetium. Prodiit etiam illa collectio, anno 1613. 4. Lugd. cum notis *Arcerii*. Vegetius præterea editus, in Lingua Gallica, *Amstelod.* 1757. *f.t.* *Institutions militaires de Vegece*, 8. Evulgatus erat, idem liber & ante, 1743. *Parisus*, item 1744. *Amstelod.* Auget existimationem libri talis historia litteraria.

§. VII.

Digressio hæc videbitur forte nimis longa, præsertim historiae litterariae osoribus, quorum numerus magnus est & crescit; sed non datur, extra puluerem, Dictator Tacticus, qui gauderet maiestate, calamum coercendi liberum, & Solipos contemnere solemus. Hinc lubet pergere: Inclytus *Justus Lipsius* scripsit *Poli-orceticon*, siue de machinis, tormentis, telis. Librorum sunt V. Editio, qua utimur, est secunda, *Antdverpiensis*, ex anno 1599. in forma quarta maiori. Opus est infinitae lectionis, dialogica methodo dispositum variisque aeneis tabulis distinctum. Successiue, per *Dial. 6. f. Libri I*, agitur de catapultis atque balistis, de arietibus, distinctis in simplices & compositos. Icones sunt expressiores; conf. nonnulla loca biblica. Pergitur differendo, de scalis, cratibus, spalionibus, catts, terebris, &c. Demonstratur, quomodo, ope catapultarum, sciuerint, mediante pice, obsessas incendere vrbes. Tormenta iam tum vocabantur machinae nonnullae; Verbum enim torquere late patuit, ceu etiam

ex

* * *

ex Poeta, scribente, de Baleari, stuppea torquente, constat.

§. IIX.

Nauales acies, cum rostris, proris, puppibus acutis, antennisque per iconismos eleganter repraesentantur. Repugnationes *Lib. V.* non sine voluptate palantur. Qua ascendentes, obueniunt scuta, iuncta, texta, oleum feruens, vasa, picis ardentis, item sulphuris & bituminis: arena, retia, foenum graecum, elixum, rumices & tribuli, eine Art von Fuß-Angeln. Asferes, stimulis confixi, dolia, cylindri, molares, columnnae, metallae, vnci, hami. Legantur biblica, vbi descriptiones gestorum, auf der Mauer, e.g. *Judic. IX. v. 53.* Ein Weib warf ein Stück, von einem Mühl-Stein, Abimelech auf den Kopf, und zerbrach ihm den Schedel. Ex antiqua obsidione Meckl. Sternbergensi traditur, daß die Weiber, von der Mauer ab, die Feinde mit heißer Mehl-Grüße und heißen Wasser gedämpfet. De fustibus, ibidem in portis, alibi.

§. IX.

Nondum sat prata biberunt, ergo riuulis concedatur vltior cursus. Placet adhibere & excerpere illustrißimam, *LEONIS IMP. Tacticam, sive, de re militari Ordinationem, iuxta edit. Jo. Meursii, Lugd. Bat. 1612. 4.* Vterque sistitur textus, graeco-latinus. Memorare placet, ex multis capitibus, hoc loco, *quintum, de apparatu armorum: sextum, de armatura equestri & pedestri: nonum, de itinere exercitus.* Conf. Scriptores nostrates, de viis milita-

litaribus, quo loco speciatim renouamus Equitis Meckl. Autoris Resp. Ad. Fried. Molgan, disp. in Regia Equestri Sorana, habitam, 1643. Praeside Prof. Jo. Rauen, de itinere militari. Cap. XII. Tacticae imperatoriae agit de apparatu Belli. Vah! quantum armorum lexicon! En arcus, cum aristis, sagittas, cum cucuris, spathis, auctas & famiatas, scutea, thurea, peltas, rhiætaria, zicuria, bidentia, bastagia, loricas, coriceas, corneas, & catenatas, cassides, manicas, ocreas ferreas, fardea, solenaria conducta, fundas, iscas, lorosacca, pedila, calceos lunatos, cum carphiis, rhinia, suglia, frontalia, equorum pectora, &c. Occurrunt balistarii periti, quos vocarunt magnarios; manganica ad obsidiones, pyrebola, s. ignem jacentia. Sed superat copia paginam & exhorrescimus ad tot documenta officiorum amorisque erga proximum, qui per sanam rationem, lites felicius, & absque homicidiis, decidentem rectius poterat exerceri. Pergit Imperator & commendat arma splendentia ad perterrefeciendum hostem. Describitur equus cataphractus. Vnaquaeque cohors habeat suam bandam & alia signa capitibus adiuncta, unde possit cognosci. Habeat quilibet bubalas & zabarium h. e. ex pellibus thecam. Scutorum variae allegantur species. Auf die wohlverwahrten Körper kam ein grosser an. Currus falcati pinguntur.

§. X.

Essentialiter supersunt varia, plurima autem, per inuentionem pulueris fulminalis, cessant. Describitur Macedonica phalanx, inexpugnabilis, propter sariffas,
 b h. e.

h. e. longas hastas, sedecim cubitorum. Hodierna tormenta illis non obtunduntur. Exercitia sunt admirabilia, die Wendungen und Retiraden. Et in pace de illis exercitiis cogitari debebat. Campiductor utebatur, vel voce, vel nutu, vel buccina, vel staurea, propter curruum tumultus, puluerem atque caliginem. Von Trummieln findet man nichts. Praecaueretur *Cap. XII. §. 67.* ne multae concitentur, inflentur buccinae, ne derturbentur cohortes. Clamores altissimi commendantur §. 70. describuntur cantatores. *Conf. Ill. Dn. Pistorii Diff. XII. incomparabilis Lectionis, in P. V. Amoenitat. Hist. Jurid. à p. 1407.* Von der Feld-Losung, Cry d'Armes. Imperator iubet, vt imminente, ad iactum sagittae vsque, acie, clametur: ετοιμοι! (macht euch fertig!) pergat alter: βοηθει! (steht euch bey!) & confestim (ita pergit) vna claraque voce omnes personent: ο εως.

§. XI.

Clamosus exercitus, ita Imperator, *Cap. XX. §. 114.* & vocalis atque ad ouandum idoneus, hostium aciem magnopere perturbat. *Vegetius Lib. III. c. 18.* ita: *Clamor, quem barritum vocant, non debebat attolli, quam utraque acies se iunxerit, bis sie Handgemein geworden.* Erat, ante puluerem fulminatricem, argumentum, pugnae vere coeptae. Hodie testantur, de eo exordio, les canonades, Knall und Rauch. Legatur historia Gideonis, in Libro Judicum. Cogitetur, de phrasi: *clasicum canere.* Solebant interdum etiam ferrea concuti arma. Hodie tantum ex aliquibus nationibus, non-adeo

adeo Europaeis, de hoc modo audivimus: legimus etiam, in *all. Pistorio*, ex quo huc lubet referre verba, *p. 1409. f.* Gleichrote das Donnern in denen Wolken, zu der Zeit, da der Blitz einschläget, den Schrecken, dieses meteori, in denen Gemüthern derer Menschen, um vieles vermehret; also gehet es auch, mit dem Schreyen derer Soldaten zu, wenn es zum Treffen komt = = Man hat Exempel, daß das Geschrey derer Soldaten, öfters den Feind in die Flucht getrieben, ehe es zum Treffen gekommen = = = Es bestand aber dieses Geschrey nicht allezeit nur in unordentlichen und nichts bedeutenden Stimmen; sondern in gewissen Worten, wodurch die Soldaten einander aufmunterten, sich recht schaffen zu signalisiren. *Clamor permistus exhortatione*, sagt *Palladius in Bell. Jugurth.* *Venusta lectu sunt multo plura*, quae inter & hoc, daß Cato zu einem vollkommenen Soldaten ein Martialisches Gesicht, und eine starke Stimme erfordert.

§. XII.

Imperator disponit, *Cap. XV. de obsidione &*, iam *inpersa praeter*, legitur de turribus ligneis (de elephantis nihil) de pellibus, tectis &c. *Obueniunt testudines, ad euertenda murorum fundamenta.* *Inspertur passus, de proditoribus benigne excipiendis.* *Memorantur cilicia pendentia, e pinnis, extra muros, funes contorti, pentila, ligna prominentia, talaria & facci, pleni palea atque arena, harpages, hoc est ligna magna, cuspidata, picata.* *Omnia sunt plena de armis, quibus eminus & cominus dimicandum, in specie,*

cie, de arcubus, s. arqvutibus, vt Lipsius pariter struxit.

§. XIII.

Sed impares sumus, tot excerptendis. Milites, in cohortibus, sunt, vel laterani, (flanque) vel cornifites (avantgarde) vel tergistites (arrieregarde) *Cap. XIX.* de praelio nauali habet, quae vix hodie intelliguntur, v. gr. *de igne cum tonitru & fumo ignito*, per siphones emisso. Mandatur injectio serpentum & scorpionum, ollarum, cum calce viua, tribulorum, s. muricum ferreorum. Habuerunt etiam gerania s. grues (Krahe hodie, *vid. DD. de Jure Gerani*) ad subleuandum onera & ad picem liquidam, hostilibus iniiciendam nauibus. Varia etiam leguntur, de instrumentis, ad intrandum paratis, *zum entern.*

§. XIV.

Omnia ita veniebant tractanda, vt ne nuncius quidem superesset. Sed liceat adhuc, pro voluptate, quam nullus inuidebit amicus, ex §. 88. quosdam excerptere motuum iustus. Concordant, prouti haud aliter cogitandum, cum modernis, essentialiter, saluis, propter puluerem nostrum aliaque nov-inuenta, accessoriis, quae *manoeuvres* appellantur nostris. En excitatoria ipsa. *Age! ad arma! Assiste armis! Sile & attende! Gebt acht! fursum hasta! das Gewehr hoch! demitte hastas! das Gewehr beyh Fuß! Vltimanus (der Flügel-Mann) contubernium dirigat! Ad hastam declina! ad clypeum declina! procede! marches! istuc serua! halt! Alti-*
tudi-

tudinem duplica! Recipe iterum! Ad hastam triuolue! Recipe te!

§. XV.

Non potest non, haec scribenti, incidere illustrissima *Tactica Mecklenburgensis CAROLO-LEOPOLDINA: Verordnung, wegen der Exercitien, prodiens anno 1714 in 8. faciensque folia 7. In parte prima habentur LXXI. formulae. in secunda XX. in tertia XCVII. in quarta XXXIV. in quinta XVI. Nos hoc edictum referimus ad rarissima nostra, quia, tot militum manibus tritum, disparuit. Cui non dictum, praeterea, SEREN. REGN. Kriegs-Recht, ex anno 1757.*

§. XVI.

Aegre recedimus a nostro Imperatore Leone. *Caput IX, de exercitus itinere, est incomparabile. Regulae, vtut hostium prouinciis earumque incolis valde funestae, tamen sunt hypothetice heroicae. Ducem militum ita alloquitur Imperator: Si admodum lubrica & difficilia fuerint loca, Teipsum oportet primum eo transire. Hoc Virum Nobilissimum & clarissimum Patrem nostrum, Regem Basiliam fecisse cognouimus, K. T. A. Cap. X. ad omnia praeparat Heros, & quidem §. 30. si ex aduerso hostis veniat. §. 31. si a latere, & §. 32. si a tergo. Exercitus, ita §. 34, contractus & quadratus (quarrè) aut non ita multum oblongus, ad omnem occasionem atque euentum, stabilis atque tutus est.*

§. XVII.

Praeter positionem militiae quadratam, Imperator etiam rhombiformem & per cuneos definit. Di-

b 3

sponit

sponit porro de euolutionibus & duplicationibus, de Phalange recta, transuersa & obliqua. Adiectae sunt imagines artificiosissimae. Capite nouo agitur *περὶ συλλοχισμοῖ*, s. de collectione, (rendesvous) decuriarum, quarum ductores vocantur *λοχᾶγοι*. Synaspismus audit constipatio, vt irruentis hostis impetus firmiter possit sustineri. Vestigia nostrorum dimacharum palpantur, §. 34. in verbis: *Equitum, ubi descenderint, & pedibus ambulauerint, equos separa*. Tandem agitur de tuldo, von der bagage, & memorantur, inter nutrimenta, commeatus paxamodii, siue biscocti, Biscuits; Zucharen, Russis, (si recte meminimus scribimusque) solebat vocari talis panis grauiter tortus. Absoluitur, capite, de aplictis, siue castris, quod cedro dignum.

II.

Pulueris pyrii inuentio historice indagatur & de eiusdem influxu, in bella, plura.

§. I.

Inuentio illa, in Historia, non mediæ aevi, sed nostro proximiori, est quaerenda & non concordant scriptores. *Dn. Struensee* agit, in der Einleit. §. 5. 6. von der Geschichte des Pulvers und der Canonen. Omnino statuendum, quod *Celeb. Vir*, ex professo scribens, anno 1760, Auctores, ante se, gnauiter fuerit scrutatus. Refert communius illud, quod *Monachus Germanus Dominicanus, Bartholdus Schwartz*, natione Cimber, Chy-

Chymiae cultor, circa annum 1320 fortuito inuenerit puluerem nostrum. Pergit, Anglum *Robins* per inuidiam, *conf. Karlii diss. Rost. de Germ. artibus literisque nulli secunda*, voluisse suae nationi eam vindicare inuentionem. Scribit, *Rogerium Baconem*, qui semisaeculo ante Schwartzium vixit, jam analogum quid tractasse, & quidem ad vsum ignis artificialis. Placet excerpere ipsissima: Daß Baco schon vor dem Schwarz auf die Gedanken gekommen, dieses Pulver zur Verheerung, ganzer Städte und zum Untergange, ganzer Armeen anzuwenden. Chineses, antiquissimam suam inuentionem crepantes, pariter allegat & absoluit periodos suas verbis: So viel ist gewiß, daß man, in den neuern Zeiten, sich bemühet hat, diese Erfindung immer vollkommener zu machen. In sequentibus, differit Autor, de modo largiter & melius parandi hunc puluerem, & §. 6. indagantur primi vsus ejusdem, in bellis. Legatur, hic Philosophus, dignus enim est, per omnia capita, von der Verfertigung, von Pulver-Proben, von denselben Wirkungen, von Mörsern, Haubitzen, Petarden, Minen, Raketen, Luft Feuern. Inuentis facile aliquid additur. Inspiciatur vetus armamentarium & pascentur oculi, ad explicandum eiuem Büchsen-Spender, einen Schneller, item dicitur: Er riechet Luntten. Difficultas magna erat in eo, daß man keine alte Büchse losbrennen konte, ohne sie auf ein Gestell zu legen. *vid. mox alleg. Pancirollus, alias Panzirolus, vid. ejusd. opus de claris LL. interpretibus. Add. Polyd. Vergilius, de rerum inuentoribus*, qui pariter distinguit, inter inuentionem primam & vsum in bello. Hunc ponit in annum 1380, quum



quum Veneti, cum Genuensibus belligerarent. Detonat Polydorus vehementer, contra inuentorem & imprecatur eidem omnia mala. MORHOF in Polyb. pro Bacione sentit, juxta eiusdem epist. de operibus secretis artis & naturae. Ill. Danus, GRAMMIUS omnem fecit paginam omneque tulit, nostro iudicio, punctum. In multorum est manibus G. PASCHII Tr. de Nouis inuentis. Euolo: ed. post. p. 745. vbi refert, dari, Regem Salomonem jam nouisse hunc puluerem, ceu arcanum. Excerptit Vossium, qui Christianis maculam inuentionis ablucere conatus est. Caetera iam habemus. GVID. PANCIROLLUS scribens, P. 1. Rer. Memorab. de Reb. deperditis. P. 2. autem, de rocens inuentis & veteribus plane incognitis, Tit. 18. de tormentis muralibus & bombardis erudita disserit. Dictae sunt, ita ille, bombardae a sono, quem edunt. Hinc excogitata fuerunt manualia illa tormenta, quae, vel funiculo incenso, vel rota agitata globulos eijciunt, vt cotidie videre est. Pancirol. denatus est anno 1591. Sclopus, ita pergit, latina dictio est, a sono, qui ex inflationibus earum erumpit. Non possunt non incidere die Wind-Büchsen. Cogitetur, de puerorum vulgarium Valler-Büssen. Pancirollus vult legi, deueniens pariter ad pulueris pyrii inuentionem.

§. II.

Non possumus nobis, quia de studio, additis addendi aliquid inspersimus, temperare, quin passum epiphonematicum, ad nouissimam inuentionem, die Geschwindschüsse noch zu vermehren, anno 1759 huc transferamus, vti jacet, in denen Neuen Geneal. Hist. Nachr.

p. 339.

p. 339. Eine herrliche Erfindung, zum Verderben, des menschlichen Geschlechts! Meretur iungi, nota *Max. Rev. Dn. WEGENERI*, facta, ad formidabilem historiam, obfidionis Breslauenfis, in venusto opere, s. t. der Christ in Krieger-Zeiten, Vol. 2, sub r. der Christ im Kriege und in der Belagerung, p. 24. Man verabscheuet, die Erfindung, des Schieß-Pulvers und man preiset unendlich die Erfindung der Buchdruckerey. Ohne der letzteren ihrem Ruhm etwas zu nehmen, muß man doch dahin stellen, ob mehr Menschen, am Leibe, durch das Pulver; oder, durch die Gemeinmachung, schädlicher Bücher, an der Seele, Schaden leiden. Doch, wenn auch das Letztere wäre, so ersetzt, die Drucker-Kunst, diesen Schaden, durch den grossen Nutzen, den sie durch gute Bücher stiftet; dagegen die Erfindung, des Pulvers, und was dem anhängig, keinen andern Endzweck, denn den Untergang, des menschlichen Geschlechts hat und auffer dem zu nichts (de venatione nihil) dienet, als höchstens Lustbarkeiten, die wenige Augenblicke dauern, mit grossen Kosten anzustellen. Nobis de arte pyrobolica, s. pyrecbolica est fermo. Accedit formidabilis ars subterranea, das Miniren, quam exercent les Sapeurs, Stant comae voxque faucibus haeret, legentibus all. *WEGENERUM*.

§. III.

Ita noui, ita veteres, qui tamen magis exhorrescerent, si modernum persentiscerent stylum. E. gr. *Lipsius*, in *poliorcet. dial. ult.* proponit quaestionem: *An & quae machinarum bellicarum veterum possint habere usum?*

c

&

& respondet, nostros Martis & Bellonae filios communiter naso aspernante decidere quaestionem. Pugnatur *Lipsius* pro usu moderno scalarum (der Sturm-Leitern) item pro fossis & vallibus. De reliquis putat, quod tormenta nostra facile illa destruant atque dispergant. Aggeres excipit, quia non omnia ictibus exposita esse sinunt. Turres, quia expositae tormentis, non commendat, nisi obsessi non abundant illo fulminali. Pergit: *in tormentis iacemus, vnico illo eminenti, GENIORUM, non hominum inuento.* Quid ipsi est genius? Perlustrat varias species, antiquarum artium & methodorum, & obsidentium & obsessorum, putans nonnullas adhuc esse posse pragmaticas. De clatris, ad portas, vltimatò, cum securibus demittendis, von Schuß-Battern, qvalia, ante non multos annos, pendebant adhuc in portis Rostochiensibus, nihil inuenimus. Sed effugiunt inter tot varia facile aliqua. Addere placet solocismum historicum Mecklenburgensem, quem bene notauit B. FRANCK *in Hist. Meckl. Lib. IV. c. 13.* referens historiam belli ex anno 1227 verbis: Latomus gedencket, hiebey, auch derer Lübecker Stücke; weil aber das Schieß-Pulver damals noch nicht erfunden war, wußte man auch, von dergleichen Kriegs-Geräthschaft noch nicht; sondern es kam auf Schwerdt und Bogen, hauptsächlich aber auf Tapferkeit an.

III.

Quatenus repugnet pulueris pyrii bellicus vsus
Juri Naturae & Gentium.

§. I.

Videtur quidem, ac si, per illud: *in hostem omnia licent*, decisa sit quaestio. Sed bona quaesumus verba, quoniam de veneno & aliis, e. gr. mit creutzweise von Schweins-Borsten durchgezogenen Kugeln, auch gedrehten Bley zu schießen, ic. aliter sentiendum. Audiatur iam Cicero, v. *in euertendis autem urbibus diripiendisque valde illud considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat.* Belle canit nostras Poeta, *piam & moralem faciens extensionem:*

Es ist die größte Kunst zu siegen,
So bald die Feinde unterliegen,
Auch selbst vom Zorn entwafnet seyn.

§. II.

Prodibat Anno 1748, ex calamo ANONYMI, Francof. in 4. Bedenken von der Schädlichkeit, der Festungen und den, wieder das Natur- und Völker-Recht laufenden Gebrauch, des Pulvers, bey Gelegenheit, der neulich übergegangenen Festung Bergen op Zoom. Vult legi etiam historice scriptus ille libellus. Duriter nimis se passim expressit Auctor. Nobis licebit ex p. 4. f. mutua-re, hoc loco, sequentia: Als darauf die abscheuliche Erfindung, durch den Salpeter das menschliche Ge-
schlecht

schlecht aus der Welt zu schicken, aufgekommnen war, ließ man es nicht mehr bey den blossen Mauern bewenden, um einen Platz zu bevestigen; denn solche würde, das grobe Geschütz bald übern Haufen reißen. Also sann man auch auf hohe Schanzen, tiefe Gräben, und allerhand Aussen-Werke, die man mit Canonen besetzte. Man liest, mit Grausen und Entsetzen, die jämmerliche Zerstörungen, welche die Macht, des Pulvers, in allen Ländern angerichtet hat. Niemalen ist eine Erfindung, der Welt schädlicher gewesen, und man solte billig wünschen, daß der verruchte Pfaff, bey der ersten Probe, mit in die Luft geflogen wäre, damit niemand ihm das Kunststück abgelernt hätte. (*Durius loquitur, in sequentibus*) Doch, dieser Eifer ist so unzeitig, als vergebens; Das Ubel ist nun einmahl in der Welt, und dürfte vielleicht nicht ebender, als mit der allgemeinen Blut, welche die Welt verzehren soll, ausdampfen.

§. III.

Pergit idem Auctor, p. 6. Ich sehe nicht, wozu die Bestungen, heutiges Tages, anders dienen, als daß dadurch mehr Menschen auf die Schlacht-Banck geliefert, und dem Vulcan aufgeopfert werden.

Ich sage noch mehr und getraue mir zu beweisen, daß seitdem die Kriegs-Bau-Kunst die Menschen gelehret, hinter Wall und Mauern zu fechten, die Kriege 1) weit kostbarer, 2) langwieriger, 3) blutiger, und 4) landverderblicher sind, als vormahls, da noch die Tapferkeit galt, und Mann vor Mann die Waffen führte. *Jam perit virtus*, schrie *Archidamus*, als die *cata-pulta*

pulta in Sicilien erfunden wurde, welches eine Maschine war, damit man die Menschen in der Ferne tödten konnte.

§. IV.

Post interiecta alia, porro legitur, p. 7. Was kostet nicht der Bestungs-Bau überhaupt? Was, das dazu erforderliche grosse und kleine Geschütz? was die Pulver-Mühlen und die vielerley Metallen, die in Gieß-Häusern verschmolzen werden? was kosten die Feuerwerker, Schmiede, Wagen, Zug-Pferde? u. s. w. Ire placuit Auctori, per exempla & iudicia, quae passim suo relinquimus loco.

§. V.

Autor p. 16. specialius de nostro differit puluere. Parcimus excerpendis, modo inspersa annotemus verba, juridicos nostros circulos ingredientia. Der Muth lobte den Mann, und die Tapferkeit trug Sieg davon. Ein Held konnte großmüthig die Feinde überwinden und der Überwundenen schonen. Autor dat consilia. Rigorose examinat Regulam: *Hosti in hostem omnia licent*, & seure scribit: Dieser Macht-Spruch ist aus dem Kriegs- und Völker-Rechte, der Hottentotten und Cannibalen, genommen. Bona verba quaesumus & cum temperamento loquendum esse, iam monuimus.

§. VI.

Properat ad finem Autor, libere nimis, in statu hypothetico, loquens & nobis relinquit, p. 21. verba:

c 3

Un-

Unter allen gesitteten Völkern wird es jederzeit für eine Tapferkeit gehalten, seinen Feind vor der Stirne anzugreifen und durch ein ordentliches Gefecht zu überwinden = = = Sie machten die Tapferkeit zu ihrer größten Tugend und nannten dieselbe virtutem per excellentiam. Vermöge des Pulvers ist, der feigste und unwürdigste Kerl, in der Ferne und hinter der Mauer, wenn er nur ein Geschütz, oder Feuer-Rohr loszuplätzen kann, im Stande den größten und vortreflichsten Helden todzuschießen. Tacemus plura. Praeter expectationem, de LUDEWIG, in *differ. Jur. R. & G. de re militari*, ed. 721. nihil pro nobis praestat, quia in antiquioribus substitit. Habet tota causa sua mysteria, sua problemata. Tantum placet adicere passum Tr. ex anno 1718, s. t. Rechtliches Gutachten, wegen der Lehns-Vererbung, und jährlicher Bezahlung der Ritter-Pferde, p. 31. Als der miles mercenarius aufgekommen, man auch begriffen, daß mit denen Lehns-Truppen wenig anzufangen und nicht mehr auszukommen seyn möchte; absonderlich, da man Pulver und Bley erfunden, und die Tapferkeit nicht, wie ehemahls, in der Faust und Handfestigkeit bestanden, worin eigentlich des Adels Force und Übung sich hauptsächlich sehen lassen. Eandem inflat tibiam, vetus Autor Pomeranus, im Rechtlichen Bedencken, de 1641. Add. Tr. Anon. Daß ein Lehns-Herr in seinem Gewissen verbunden, re. quem Ludwiganum esse creditur. Non lubet totam, de adaerationibus, iterum rimari materiam. Vid. *Idiot. Meckl. Spec. 1. v. Hest. vbi omnes Autores, de hostenditiis, adoha &c.* Nobis sufficiunt illustres textus, des Landes-Grund-Befehl. Erb-Vergleiches, art. 22. §. 469.


470. Quam vellemus, dari spatium, differendi de tor-
neamentis: In campo concernenti stamus.

IV.

Fabricas, pulueris pyrii, adornare, **Pulver-
Mühlen anlegen**, num sit regale, ven-
tiletur.

Nos adfirmamus, ex variis rationibus, Commer-
cium huius pulueris, in magnis quantitibus,
stat sub inspectione suprema. Fabricae armorum non
sunt vulgares. Armamentarium habere non est actus
merae facultatis. *legantur DD. ad Tit. Feud. quae sint rega-
lia*, ubi nos legimus, non jus Armandiae sed Herman-
niae, respicientes milites, die *Heer-Männer*, *vid. Dn.
ESTORIS kleine Schriften. P. I. p. 415.* Nitri coctiones, die
Salpeter-Siedereyen, sunt, qua tales, nobis, si recte
illas concipimus, inferioris considerationis. Deferunt
nos, quos euoluimus, multos, scriptores de Regalibus.
In patria nostra, vnica tantum est eiusmodi fabrica,
nempe Crackensis. Accedit nostris argumentis, peri-
culum incendiorum. De confectione huius pulueris,
videantur, ex veteribus, *LANGIUS, Lib. 2. Epist. 32. &*,
contra Cardamum disputans, *J. C. SCALIGER, Exerc.
180. c. 3. Add. H. CAMERARII Hor. succis. Cent. 2. 1. 28.*

V.



V.

Jura singularia militum, Romanorum, post in-
ventionem pulueris pyrii, apud nostros, qua-
tenus habuerunt fundamentum, in periculis
vitae, non solum perstiterunt, sed multum
sunt aucta.

§. I.

Quod, in juribus singularibus militum enumeran-
dis, Cel. viri fuerint occupati, praeterea, quae suis
locis ingrediuntur systemata, iam tetigimus. Fun-
damenta eorum, apud Romanos, praeter rationem sta-
tus aliam, veniebant quaerenda, in periculis & in
ignorantia juris, ne dicamus de ruditatis morum ciui-
lium licentia. Haec aegre haud ferebatur, quia, a
XIV. annorum pubertate, militiam necessariam, infe-
rioribus annis, propter puerilem conditionem, non ad-
eo instructi, subire cogebantur. Omnia, in hac ratio-
ne fundata, modernis militibus denegamus, e. gr. in
substitutionibus testamentariis aliisque affinibus.

§. II.

Alia, in ratione status fundata ambabus concedi-
mus largimurque, si nempe de seruiantibus, illis Do-
minis, quorum subditi nati vel facti sunt, sit quaestio.
Et quam vellemus, etiam jura veteranorum, qua cir-
cumscriptos applicare. *vid. tit. ff. de veteran. circa quem*
verba Heinecciana sunt falsa. Sed hodie ad tantas sordes
ruit

ruit seculum, ut fere nullo alio beneficio gaudeant veterani, quam privilegio mendicandi ubicunque velint. Ein junger Soldat, ein alter Bettler, est in ore multorum. Sunt tamen Principes, ita pergit Heineccius. En nostri SERENISSIMI PATRIS PATRIAE providentiam.

§. III.

Gratulamur, militibus emeritis, denem Invalident, de clementissimis sublevationibus. Legatur largiter, de LUDEWIG, scribens *Jura valetudinarii militum emeritorum*, Hal. 1706. p. 13. fecit denominationes, *Brestenhof*, alias p. 81, cum *Fritschio* dolet milites mendicantes. & p. 93. scribit: *Post sanguinem fusum, post truncos arcus stipem ostiatim petunt.* Pergit p. 95. per loquentem militem, vicennio in aciebus consumto, literas summi principis protrahentis, quarum summa, militem emeritum, per viginti annos strenue nauata opera, commendari ad stipem libere emendicandam per Imperium. Argumentum negligentiae, in legendo foret, si omitteremus verba *THOMASII select. cap. 4. p. 44. maxime, in his seculis, talibus institutis* (de cura militum inualidorum est sermo) est opus, postquam, inuento pulveris pyrii in bello frequentiores sunt occasiones, ineptos reddendi milites, ad laborandum, salva vita. Jungit de Ludewig p. 97. excerptum *Adami Conzeni, Polit. Lib. X. c. 59. p. 926.* ex longis breuiter huc scribimus: *Hoc in nostris militibus deplorandum -- -- post inuentas, in hominis necem, bombardas &c.*

d

§. IV.

§. IV.

Legatur adhuc *Dn. KIRCHHOF* *Abhandlung, supra cit. p. 72. ibique all. Dn. HARTMANN, diff. de felicitate subd. Elect. Brunsvigo-Luneb. c. 4. §. 9.* Pergatur legendo *Kirchhofum, p. 158.* a qua multa, de prouidentia Magnatum, qua milites emeritos & vulneribus debilitatos eorumque viduas. Dani vocant domum concernentem das Kriegs Hospital und Quetsch-Hausß. Idem Cel. Autor hoc nos docet.

Non possumus deesse ad praecedentia, maxime, qua nostram distinctionem, an de subditis quaestio fuerit, allegationi illustrissimi textus, *CODICIS FRID. P. 1. Lib. III. tit. XI. von Abwendung der Vormundschaft, und Entschuldigung, der Vormündere, §. 4. n. 1.* Wenn jemand fünf lebendige, eheliche Kinder hat. Unter die lebendigen Kinder werden auch diejenigen gerechnet, welche, in unsern Diensten, in einer rencontre, oder bataille ihr Leben verliehren. Vid. Imp. Justinian. & DD.

§. V.

Qua pericula igitur stat firma in lemmate expressa assertio; Auctis enim iisdem, per inuentionem pulueris fulminarii, augenda, neutiquam autem minuenda erunt, in illis fundata priuilegia. Ipse Imperator Maximilianus in Ord. Notar. grauiter talia adtendit & sapienter distinxit. Sed haec sunt tralatitia.

Habent reliqua, quae de cessantibus argumentis scripta, suos continuos aduersarios. Sed placeant cui-libet sua, nos nostra tenebimus, & in cathedra & in
cu-

nun an, mit Büchsen zu schießen und die Herren von S. widersprachen. Domini Jcti Marburgenses, in nonnullis rationibus, excerptis, (notoria publica obstacula impediunt, tunc semper speratum vsus, nostrae relationis & deductionis) ita: Obwohl die Kl. einen guten Grund zur Klage haben dürften; gestalt das Flug- und Luft-Schießen ein Verderb der Jagten, *vid.* Allgemein. Oecon. Lexic. im 3ten Bande, S. 500. wie denn, diese Gattung, der Jagt, erst im Anfang des vorigen Jahrhunderts, hauptsächlich aufgekommen; da man nemlich an denen Büchsen und Flinten die teutschen Schösser abgeschaffet und die französischen, an deren statt, zu gebrauchen begonnen; S. P. DANIEL *Histoire de la milice francoise*, Livre 6. chap. 5. p. 336. und also, durch diß Gewehr, die Art zu jagen, sich von selbst geändert; anerkennen, in denen alten Zeiten, vermittelt der Bogen und Pfeile, auch derer Habichte und Neze, sodann derer Schlingen gejaget wurde. Gleich sich nun, das Stand- und Lager-Schießen, mit denen teutschen Büchsen und Musketen, durchs französische Schieß-Gewehr in das heutige Lauf- und Flug-Schießen, die heutige Jagt verwandelt hat. Daher, wenn man die Jagt, auf die alte Art, einschränken wolte, die Kl. was sie den Beckl. zumutheten, auch wieder sich selbst gelten lassen müßten. Dennoch aber und dieweil die Kl. nur behaupten, daß denen Beckl. die alte, keinesweges aber die neue Art zu jagen zustehet; als welche letztere in Jagen, vermittelt Schieß-Gewehrs, bestehet; und wenn es aufs Flug- und Lauf-Schießen ankömmt, S. *Oec. Lex. l. c.* Klägere zur Nothdurft erwiesen haben, daß dem Kloster, in denen alten Zeiten,
 zwar

zwar die Jagt mit Netzen; vermittelst Schieß-Gewehr
aber nicht zuständig gewesen; So, *ic. Amanuensis fit
illegibilis. Tantum meminimus, quia relatio est
inter chartas absentes, Coenobium per 30. annos, qui
tamen in substrato non sufficerent, modernis artibus,
in discontinuis, fuisse venatum.*

§. II.

Qui de distinctione, inter die alte und neue Art,
mit Büchsen zu schießen, vult informari, roget, vt iam
ante scriptum, sibi aperiri antiquum armamentarium,
& habeat curiosa, imo mirabilia. Cogitetur, iterum,
de veteri, in phrasin etiam memorabilem abeunte: ich
riche Lunten, quo celeusmate aliquando, stans & hae-
sitans, tempore belli, in cathedra Ecclesiastica, omnes
auditores fecit templi desertores. Habebant primicerii
suos ministeriales, qui vocabantur: Büchsen-Spän-
ners. Respondeatur beneuolè, ad quaestionem, vom
Herzogl. Meckl. Büchsen-Meister, formatam, inter alias,
in denen Bützowschen Ruhestunden, *P. 3. p. 62.*

VII.

Differentia, der stillen und lauten Jagt, fuit e-
quidem & ante inuentionem, pulueris pyrii;
nacta tamen est plures vsus practicos.

§. I.

Domini Marburgenses, de quibus, in praecedenti,
ita: Die stille Jagt wurde genant, welche mit Ne-
zen und Schlingen geschicht; und dieselbe haben auch die
Clerici gehabt, *vid. BARBOS. Collect. ad Decr. L. 5. tit. 24. C. 1.*



n. 4. p. 165. C. 2. n. 2. p. 166. tit. 3. Pater KOENIG princip. Jur. Can. Lib. 5. tit. 24. §. 52. n. 3. p. 138. **Schmalzgruber** Jur. Eccl. Lib. 5. tit. 24. n. 3. 4. p. 796. KAHL, Elem. Jur. Can. Lib. 4. tit. II. §. 80. p. 238.

Placet excerpere, elegantem, Kahlianum, in vsum lectionum acad. factum librum. Ita autem Autor summam, ad tit. de delictis Clericis propriis. Clericis laborandum tantum est de religione amplificanda. Igitur illis, aequae ac monachis, ne venentur, interdictum est, c. 1. 2. X. de clerico venatore. Itaque venatio, quae in se legibus non repugnat, & in occupatione ferarum libere circumuagantium consistit, efficit delictum, si Clericus agit at feras, vel sectatur, eo magis, quia illa est species belli, a laicis tantum parandi. Vt autem Clericis suis quasdam delicias faciant DD. inhibitorium illud decretum variis restrictionibus tollunt, pronuntiantque, venationem clamorosa, seu illam quae sit cum strepitu canum, Clericis tantum esse indignam. Leg. B. BASTINELL. diff. von der Klapper-Jagt, vna cum eidem praemisso progr. Kemmerichiano, quod, ad historiam modorum venandi, est notabile.

Casus practicos, de clericis, per venationes excedentibus, nouissimis annis, in Consist. Meckl. habuimus: pronuperi custos puniebatur, propter venationem exercitam, cum neglectu scholarium. Sollen nicht im Felde herum lauffen, est in textu Ord. Eccl. Incidit der Strick des Jägers, ex Pl. XCI.

§. II.

Est, inter terminos technicos, venatorum, verbum pürschen, vel pürschen, vnde, ein Pürsch-Rohr. Sunt, qui pürschen & schiessen, per bombardas, simul iun-

iungunt, *vid. WEHNER observ. v. Forst-Recht. Add. CARPZ. dec. 287. HEROLD. observ. 14. n. 115. f.* Verum, notio pürschen eiusque vsus est antiquior puluere nostro, ex tono naturali, *vide supra, all. Panciroll.* denotans modum, vocibus humanis excitandi propellendique omnis generis quadrupedes atque bipedes, in siluis & dumetis. Juvat hanc assertionem notio, einer Pirsch-Büchse, quia alia etiam habentur instrumenta excitantia, *vid. Bastin. l. c.* Est, vt audiimus soepe venatoribus quibusdam, adhuc familiaris interiectio, maxime qua perdices, aliosque alites excitandos: Pirt! quoties nempe cum sclopeto, ad feriendum paratissimi sunt. Olim, qua bipedes, vtilitati fuisset aduersum illud pirtschen, & pirt. Solo enim volatu, super retia se recipiebant intutum. Liceat tandem ludere: Habemus phrasin: einen herausbürsten, inf. herustbösten. Putamus fundari ideam, in venatorio illo, de quo hactenus.

IX.

Nonnulla plura, qua Clericos venatores.

§. I.

Praecedens numerus habet quaedam: Accedant sequentia vltiora. *Ill. Dn. de BALTHASAR, in elegantè opere, de matric. eccl. p. 130. 140.* differit, de syluis, inter res ecclesiasticas contentis. Nostri Meckl. Pastores passim habent syluas, in quibus aliqua venatio non erit inuidenda. Absit tamen, in regula, venatio superior. Qua piscaturam, *vid. all. BOETH. p. 67.* Cancri ad pisces sunt referendi. De piscatu, qua speciem, des Hechtstechens, tem-



tempore inundationis vernalis pratorum, fluminum & stagnorum, habuimus lites, pariter ac de furibus anguillis, noctu ad pisa, in agris vicinis proserpentibus. *vid. Praesid. diff. de R. D. & A. E. D.* Exerceatur omnis Clericorum venatio modeste & absque officiorum impedimento.

§. II.

Evolv. *can. quorundam, Dist. 34. BORGASIIUS magnus Praelatus, in Thuscia, in rariss. Tr. ed. Venet. 1574. f. de Irregularitatibus & impedimentis, ordinum, officiorum & beneficiorum ecclesiast. P. 6. de vita & honest. Cler. n. 7. de hoc capite pauca tractat. Conf. tit. de torneamentis & clericis pugnantibus, in duello & sagittariis n. 12. Conf. B. FECHTII diff. de clerico percussore. Evolv. die Meckl. rev. R. D. f. 143. b. Borgasius d. l. quaerit num sagittarii sint excommunicandi? Affirmat, contra Hostiensem, &, inter alia, ita scribit: Sed quaero de tormentariis nostri temporis, quos a sonitu sclopetarios appellamus, vel bombardarios, a bombo, qui tam saeue irreparabiliter Christianos interficiunt, an sint excommunicandi & irregulares? Possêt dici, quod non, quia non est canon, hoc dicens; sed credo contrarium, &c.*

§. III.

B. SCHOEPFERUS in *diff. de venatione superiori, hab. Rost. 1702. in praef. hoc thema tractat eleganter. Digito extremo monstremus nonnulla. Nr. 3. differit, de rigore & intellectu vero canonis Esau venator, Dist. 86. inueniat totus canon hic locum: Esau venator dicitur, quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus, in scripturis sanctis, sanctum aliquem venatorem, piscatores inuenimus. Calculum Hieronymo, can. autori, adiecere Patres,*
in

in Concil. Aurel. & ex his Gregor. IX. in c. 2. X. de Cler. venat. v. Omnibus seruis Dei venationes & syluaticas vagationes, cum canibus & accipitres aut falcones habere interdiciamus. Addimus, Audiatur, in genere, omnem venationem damnans pieque errans Augustinus, ex c. 9. 10. Dist. 86.

§. IV.

Refutauit hos pios viros SCHOEPPERUS, per exemplum Isaaci, Gen. XXVII. 3. Terse adhibet Regulam, quod quis per alium, & pergit: credo, Isaacum injunctae venationi adfuturum fuisse, nisi aetate, vel morbo pressus leto alligatus fuisset. Ducit ad mensam Salomoneam, 1. Reg. IV. 23. & false scribit: Sie (cervi & capreoli) werden ihm nicht gebraten entgegen gelaufen seyn.

§. V.

B. Ille SCHOEPPER nequit a nobis dimitti, absque mutuacione sequentium, a. n. 12. Add. c. 2. X. de cler. venat. respondeo, id intelligendum esse de venatione armata. Es sieht unschicklich aus, einen Herrn Pastorem in einem nicht schwarzen Rocke, gestiefelt, mit der Glinte über der Schulter und der Wande-Zasche an der Seite, wandeln zu sehen. Arma tractare, ita Autor, alienum sit a clericis, quibus liberos armorum loco tractare conuenit. Accedit, venationem, in syluis, sine clangore & clamore vix commode peragi posse, quae clericis, vitae sedationi addictis, non conueniunt. Allegatur Barbofa ad tit. D. qui a sanitate & recreatione, pro Clericis argumentatur; sed refutatur, ab aliis, maxime ex can. quorundam Dist. 34. H. C. Agrippa de van. scient. Cap. 7. scribit: Sed hodie ipsa Abbatum, Episcoporum caeterorumque Ecclesiae Praefectorum religio tota venatio est. Et
e quos

quos decet esse exempla patientiae, quotidie quaerunt habere,
quod vincant & venentur.

X.

An, post nov-inventum pulveris pyrii, venatio sit facta sumtiosior; an contra? est problema oeconomicum. Quod illustrior sit reddita, statuimus, quodque ferae sint factae, absque speciali conseruatione publica, rariores, putamus. Num autem statuta olim fuerint tempora prohibita, indagare nondum licuit.

§. I.

In genere jura venationum, si respexerimus Jus Rom. & priscum Germ. vehementer sunt mutata. Successiue tantum venatio coepit esse regale minus, varie deriuatum. *vid. DD. ad tit. 1. & ff. de R. D. & A. E. D. Leg. Deductiones & scripta eristica, etiam alia, maxime, de GOEBELN, de orig. Jur. venandi, Helmst. 1717. de LUDEWIG Differ. J. R. & G. in venatu eiusque Regali, Hal. 1730. supra alleg. SCHOEPFER. LINCK de jure venandi regalibus iuste adscripto. Arg. 1722. & contrarii. Memorauimus eristica, qui de illis, qua Cramerum, Struben, & alios vult informari, legat, ex palaestra recensum, apud Jenich. in *supplem. Biblioth. Jurid.* Meckl. Jctus inclytus, C. REDEKER & cum illo Auctor, Eques patrius, de GRAEVENITZ, jam anno 1685. tulerat punctum, *bab. Diff. de venatione ejusque juribus.* Disparent talia antiquiora scripta saepe nouioribus rivos praebentia & interdum meliora. *Cap. II.**

II. de origine juris venandi, solide deducitur, per quinque argumenta, cur consultius sit, restringere libertatem venandi: *Cap. III.* fit recensio officialium & seruatorum, hoc modo: Ober-Jäger-Meister, Jäger-Meister, Jäger-Junker, Leit-Knecht, Jagt-Pagen, Jäger, Wind-Meister, Bürsch-Meister & denique Hunde-Jungen. Sed hoc obiter, nec volumus immitti litibus prooedricis. Et cui non sunt dicti cohortes scriptorum, ex professo, lexicographice, incidenter & in systematibus, vom Forst-Recht, speciatim NOE MEURERS opus, item AHASV. FRITSCHII Corpus Juris venatorii forestalis, ed. 1702. cum praef. Sam. Strykii, de Germanorum circa venationem libertate. Nolumus praeteruideri scripta, Ickstadiana & Pistorianum, de quibus ex Biblioth. constat. Pistorianum, primario est Hahniana Historisch-Juristische Ausführung, vom Jagt- und Forst-Recht, in Amoenitat. P. 6. Ottonis freyer Bürsch (venator) & Spangenbergii Jagt-Teufel vltimum occupent locum.

§. II.

B. SCHOEPFER, in cit. diff. c. 2. n. 9. velitans, an & ad quae Regalia spectet venatio, his vtitur verbis: *Verum, si consideres, venationes hodie majores desiderare sumtus, quam afferunt fructus, ita, vt a veritate non aliena videatur venatoris cujusdam confessio: Es sey kein Haase, der ihm nicht etliche Ducaten koste; Hinc in venatione magis dignitas & praeeminentia relucet, adeoque ad Regalia majora (Dn. WINEKEN tres fecit classes, in suo Tractatu de Regal. majorum nempe, mediorum & minorum. B. BASTINELLER in diff. von der Klapper-Jagt, juxta LL. Sax. venationem distinguit, in die Hohe-Mittel-und*

Nieder-Jagt, assignans cuique classi feras quadrupedes bipedesque) *boc respectu referri posset*. Nos non plane conuincit. Praeterea negaremus fundamentum syllogismi, quia mediantibus sclopetis breuiori interdum via occupantur ferae, quam olim, quum ope multorum hominum adhiberentur, inter alias artes, zonae, **ausgespannte Lächer, Lager- und Barn-Seile**. Cogitur vom Holz *ic. anfahren, Hägen machen*, vnde praestationes subditorum seruitiaque, *vid. KNIPSCHILD de ciuit. Lib. 2. c. 7. n. 71.* multique alii, ad tit. Juris comm. dictos commentantes, jurisque publici & feudalis, strictimque venatorii scriptores. In nostris Meckl. videantur passus textuum, von denen Jagt-Ablagern; quae onera distinguuntur in Hirsch-Schwein-Haasen-Hühner-*ic. Ablager*. Iisdem locis videri possunt die zuzührende Netze, das Hunde-Korn *ic.* Legantur etiam nostra curiosa edicta, von denen Wolfs-Jagten und dahin abgezielten Aufgebohten, quae tempora, sementis, messis & sacris meditationibus dicata terse excipiunt.

§. III.

Nobis, vt libere sentiamus, stat argumentum: Quodcunque Regale est in subditos deriuabile, vel iisdem communicabile, illud nequit ad majora, siue iura excellentius majestatica, quae faciunt Principes, referri. SCHOEPPERUS instituit comparationem, venationis ferarum, strictae sic dictae, & hinc aucupii & piscationis postremamque recte, modo exceperis species quasdam piscium nobiliorum, v. gr. Lachse, Forellen *ic.* Concedimus, sub hac limitatione, multam piscationem etiam ad *naturalia*, quae, superbo vocis *vsu*, interdum ad

ad regalia numerantur, venire referendam. Textum 2. *F. 56. piscationes*, ex nonnullorum lectione habentem, corruptum vocamus, legentes, cum aliis, *picariarum*, accepta, synecdochice, pica, pro omni alite nobiliori: Nouimus, alios interpretes de *pice* cogitare atque intelligere die *Theer-Schwälereyen*. Sentiatur libere, quia, in Germania, non textus ille Longobard. sed praxis, pro diuersitate prouinciarum, sistit regalia. Tandem, soepe sumtuositas fluit magis ex luxu, qua homines canesque superfluos, quaque armorum splendorem, quam ex necessitate & vtilitate. *Leg. LEISERI Jus Georg. lib. III. cap. XI. n. 61.* Colatur illud opus, omnes laudes autoresque in sua sphaera superans.

§. IV.

Qua posteriora, quae sunt in articuli rubro, omnino concedendum, per pulueris nostri vsum, modernamque inde venandi methodum, illustriorem factam esse venationem. Si paterentur paginae, vberiora, ad hunc finem, daremus, de vsu armorum restricto. Antiquae venationes fiebant quidem pariter interdum cum clamore & clangore, sed bombardarum sonitus vincit.

§. V.

In vicino praedio, de jure etiam Meckl. absit explosio sclopeti, in ciuitatibus, absque praetextu etiam festiuitatum (vor nicht langen Zeiten pflegten die Bürger am Neujahrs-Tage, aus den Häusern zu schießen) plane prohibita. vid. etiam LL. Acad. Buezoviensis. *Leg. porro SCHOEPFER. all. c. 3.* Qua venationem verba: *anheßen, anschießen*, sunt concernentia. Abunda-

mus DD. scriptis, de jure persequendi feras, in suo, a canibus &c. excitatas, inque vicinum fugientes. Nonnullae ferae redeunt, quia patriam habent specialem, *vid. Praef. diff. de Auditorio forensi, inter coroll.* Ampliandum, de eo quod justum est, circa feram, in suo vulneratam inque alieno procumbentem.

§. VI.

Quilibet habet suos. In patria, post longas lites, & iam in duella & homicidia, canicidia (vt praetereamus canum suspensionem, olim exercitam) gratulamur, de Reuersal. ex anno 1621. Liceat exscribere aliquid *art. 19. vid. jam ill. Conuentio, de 1755, art. spec. 16.* Damit auch, ita habet textus (repetitus dict. *art. 19. §. 294.*) wegen des Jäger-Rechtens, hinkünftig kein Streit erregt werden möge, als lassen wir geschehen, wann die Jagt-Hunde, in Verfolgung, des aufgetriebenen Wildes, über die Gränzen laufen, daß alsdenn den Jägern freystehe, ihre Büchsen niederzulegen, die Winde zu hinterhalten, und die übergelaufene Jagt-Hunde von des Benachbarten Grund und Boden wiederzuhohlen und aufzukoppeln. Wann auch gehetzte Winde mit denen Haasen über die Gränze laufen und fangen, so soll der Jäger denselben als sofort aufzunehmen Zug und Macht haben, doch daß er ihn nicht an den Sattel binde, sondern ungebunden, in der Hand davon führe. Ratio in eo est, daß der Jäger nicht solle als diebisch hinwegeilen, sondern sich langsam bloß stellen. Würde auch ein Thier (scil. lepore nobilius) auf eines Grund und Boden geschossen, und über die Gränze laufen und fallen, so soll dem Jäger erlaubt seyn, mit Hinterlassung der Büchsen und Pistolen, dasselbe,
in

in continenti, aufzunehmen und wegzuführen. Angustia scripti praehibet casus. *conf. Add. Res. ad Grau. Cl. 4. vid. infra Dn. RAYS von der Jagt-Folge.*

XI.

Pulveris pyrii commercium interdum habet limites.

Non adeo in jure priuato, si exceperis mercatorum classes. Qua custodiam in sequenti. In jure Gentium soepe exsurgunt lites, qua suppeditata, a Neutralistis, belli instrumenta, subsidia, (ammunition) alimenta. Testis est historia, quanta odia quantaque mala soepe exinde enata. Exempla noua, imo uiua, sunt odiosa. Regula lubrica: Inimici mei amicus est meus inimicus, in Jure Feudali multam facit paginam. *vid. omnes in materia de felonibus. Conf. scriptores, de feudis ligiis & non-ligiis, quos inter eminet Ill. Dn. Comes ab EICKSTÆDT, Lips. 1736.* Varie dicta regula est coercenda, limitanda. Praestationes, quas Africani, maris mediterranei accolae, contra Principia Juris Gentium, poscunt, accipiunt, pro securitate commercantium, meditati non possunt non incidere. Legantur omnino die Neuen Geneal. Hist. Nachr. 1753. P. 31. n. 1. Sed satis! modo remiserimus, ad magni COCCEI *disp. de mercibus contrabando, a §. 17. vbi Regulae & exempla, etiam lis cum Grotio, distinguente. Lib. 3. de J. B. & P. cap. 1. §. 5. Add. REDEKERI elegans scriptum, de neutralitate, §. 8. f. & specialius, §. 70. quomodo neutrales se gerere debeant aduersus belligerantes.* Vult legi opusculum, nouo prelo sane dignissimum.

XII.

XII.

Pulueris pyrii custodia publica & priuata, arte & legibus determinatur.

Publicam committimus publicae prouidentiae & tremebundi legimus fata. *vid. supr. Alleg. scr. Wagenerianum*, l.t. Der Christ in Krieges-Zeiten, parte posteriori. Qua Mecklenburgum, ceu partes Ord. Pol. dantur variae. Successiuae constitutiones neglectae, vnde, in edicto, ita: Daß es schiene, als ob alle Verordnungen auffer Acht und Wirkung gekommen wären. Respicitur Ducis CHRISTIANI LUDOVICI, gl. record. Feuer-Ordnung, de 1753. d. 24. Maji, in qua ita §. 5. Es soll auch = = Pulver, Schwefel &c. an einen solchen Ort ge-
leget, und daselbst verwahret werden, wo es keine Gefahr verursachen kann. Itidem, in gloriosissime Regnantis Dom. FRIEDERICI Revid. Schwer. Feuer-Ordnung de 1757, sapientissime est dispositum. Expressissimus est etiam textus, der Meckl. Strelitzschen Feuer-Ordn. d. d. 13. Jun. 1714. Cap. 3. §. 13. Sollen die Krämer, welche Pulver verkaufen, solches nicht, als an abgesonderten Oertern haben, da man nicht mit Feuer oder Licht hingehet: auch dasselbe nicht bey Licht verkaufen, bey 5. Rthlr. Strafe. In praecedenti *Friedericiana* Constit. ita: wird aller Ueberfluß, von = = Pulver, bey schwerer Strafe verbothen. Et porro: Gleich auch denen, so Pulver feil haben, bey Strafe 4. Rthlr. inhibiret wird, nicht mehr, als 4. Pfunde und solche nicht anders, als auf dem obersten Boden ihres Hauses, zu haben: Des Abends aber, bey Licht, überall nichts zu verkaufen.
Was

Was dieselben, auffer gedachten 4 Pfunden in Borrath haben, soll, auf Anweisung unsers Feuer-Ordnungs-Gerichts, an gewissen Orten, da es sicher stehet, bis zum Gebrauch asserviret werden. *Leg. DEINLINI diff. Altorf. de cura ignis, von der Feuer-Schau, excerpta a nobis in diff. Buezov. de interstitiis, §. 19.*

XIV.

In materia, Juris criminalis, de incendiariis, pulvis pyrius venit in censum.

§. I.

Sedes est, praeter Philosophiam vniuersalem, in art. 41. Nemesios Carol. von heimlichen Brand, genugsame Anzeige. Verba, textus moderni, sunt generalia: Ein argwöhnlicher Gesell = = daß er, kurz vor dem Brand, hälicher und verdächtlicher Weise, mit = = gefährlichen Feuer-Werken, damit man heimlich zu brennen pfeget, umgegangen, das giebt redliche Anzeigung, der Missethat. In projecto, de 1521. legitur: Daß er mit Pulver, oder Schwefel, umgangen. Cur haec verba non sint retenta, dicat Oedipus. Commentarius, qua grauantia, limitantia, facilis est & iacet vbique.

§. II.

Nuperrimus, ad hanc sphaeram, casus, anno 1761, Fac. Jurid. hujus Fridericianae oblatas, erat ex Ducatu Saxo-Leob. H. Soetebeer, rusticus, inuitus, ex merito
f ta-

tamen, weil er, vti in protoc. scriptum, seine halbe Lebens-Zeit im Krüge zugebracht, pro merito declaratus, minitatus erat successori perniciem. Captius visitabatur, & en! in marsupio, der Hosens-Tasche, reperiabantur gránula pulueris pyrii, ipsumque linteum internum deprehendebatur nigerrimum. Inquisitus ipse, aliis indicíis pariter grauatus, vtebatur ingenio. Defensor suam nauabat operam. Dictabatur, tantum non conuicto, tortura, & quia sexagenarius, pariter acheriacus, adhibebantur cautelae. Hoc comma non quidem est huius loci; sed quis vetat, juxta adplicationem art. C. C. 59. ex rationibus inserere sequentia: Von denen Bein-Stiefeln haben die stattlichsten Aerzte uns längst belehret, daß dieselben, einem herniaco, bey starken Brüchen, ita etiam Nostrates Domini Buezouienfis distinguebant, in der Folge viel schaden können. In Betref aber, derer Daumen-Stöcke und Schnüre, sind sie anderer Meinung, wenn nur die Beine gebunden werden, daß der Inquis. der auf einen Stuhl zu setzen, oder ohne jenige Reckung, an die Leiter zu bevestigen, nicht viel, wie man im Platteutschen redet, sparteln könne. Allegabantur DD. v. gr. J. S. F. BOEHMER de Tortura valetudinariorum, a §. 9. citans, die Königl. Criminal-Ordnung C. 9. §. 13. vbi von denen geschickten Scharfrichtern. §. 29. speciatim de herniacis. Alleg. ALBERTI Jurispr. med. c. 7. vbi de animi angore nocente. Sed expectetur integra deductio, ex Selectis Juridicis Buezouien-sibus.

XV.

In Jurisprudencia criminali, qua ideam furti violenti, indisputabile est, rupturas ferarum, opera pulueris nostri, facere speciem capitalem.

§. I.

Argumentum, a defectu armorum, in exemplo, est imbecille. Qui enim tanto impetu irruit, paratus omnino habetur, ad extrema, vitae, si homines sunt praesto, nociua, etiam, si non attulit, per arma arripienda. Etiam illi DD. Carpzouiani, quid ad furtum qualificatum, seditionem requirunt, nobiscum conciliabuntur. *B. SCHOPFER in illustri Pand. Synopsi, tit. de furt. n. 35. ita: Si vero quis puluere nitrato feram rumpat, furtum violentum appellari debet, cum a tali violentia nemo sibi cauere possit. Recte! sed particula vero oppositiue adhibita, ad praecedentia: Furtum clauae adulterina, factum nondum pro violento habetur. Brunnem. Carpz. nobis eapropter non placuit, quia, vtut, qua clauem spuriam expectemus casum, ratio, cum a tali violentia nemo sibi cauere possit, lubrica nimis, quoniam & a tali clauae nemo sibi cauere possit.*

§. II.

Habent & serae reclusae suas species, & vel corumpuntur eadem, vel non, per clauem non propriam. Experientia nos docuit, daß die Bauer-Schlüssels sich fast alle durch und durch schliessen. Legatur *BO-DINUS de furto periculoso. §. 6. f. coll. 44. vbi textus, DD. & Responsa, etiam ad iussum supremum, de iure conden-*

do, in puncto dissensuum, in conceptibus pragmatissimum illud est scriptum, quo Iudices & defensores feliciter queunt uti. Qua clauem spuriam, Autor, §. 34. est Carpzouianus. Limitationem, qua parietes, ob dieselben nemlich leimern, oder steinern, in fauorem furum, amplectemur nunquam, statuentes potius, quod impetuosi sit factum, effringere leimern, quam steinerne Wände; praesertim, si posteriores sunt simplices, einen halben Stein stark, quales vocamus Tafel-Werk. Stamina lignea, die Leim-Stacken, difficilius remouentur, nisi paries sit ruinosus, id quod per se parit defensionis momentum, nisi ascensio, recte concepta, vel arma accesserint. Forte Saxonici DD. quorum pater est Carpzov. respexere parietum ex mero limo, in illis prouinciis frequentiam, in quibus nempe non tot, ut apud nos, dantur lignea interstitia. Quid in der all. Schwerin. Feuer-Ord. Klüten und Hörten, scitur oculariter. Verum, in casu dato, regulariter dissentiremus. Leg. comment. ad art. C. C. 159. pariter ac Synopsistae. Euolv. Dnn. HOMMELII & SCHIERSCHMIDII elegantes diff. de furto qualificato. Lips. 1759. & Erlang. 1751. Prior dimicat §. 4. f. cum Carpz. & asseclis, qua conceptus, furti violenti, grauiiter. Conf. B. de LEYSER de injusta in fures indulgentia. Posterior §. 10. Coroll. 1. qua parietes plane nobiscum sentit, verbis: *Nec est necesse, ut parietes aedificiorum, quibus a fure vis infertur effractione, praecise muris & lapidibus sint extracti -- -- Cum enim, qui parietem limo confectum, vetustate tamen, vel alio modo haud corruptum, pertundit, cet.* Qua claues adulterinas, hic celeb. vir, in schol. §. XI. pariter nobiscum statuit idem. Detur venia di-

digressioni. Domus qualis qualis sit, cuique tutissimum receptaculum.

XVI.

Non sine censura dimittendi, qui noctu etiam, bombardas, in fures aliosque infestatores, absque globulis plumbeis, explodunt.

§. I.

Facile dicitur, man wolle nur schrecken: alio tempore, die Beine voll Hagel schießen: Non fiunt talia ad mensuram. Nec excusabit, daß es nur Sperlings-Hagel, Erbsen, oder gekäuet Papier gewesen.

§. II.

Temporibus, qua venationem, vetitis, & ultra, quando frumento a feris infertur damnum, oeconomis ruralibus, varia licent quidem, e. gr. Feuer anmachen, trummeln &c. sed, mit blinden Pulver, vt ajunt, zu schießen, neutiquam liceat, quia via daretur sophismati. *Leg. B. HILDEBRANDI, Jcti Altorf. diff. ex anno 1709, de conseruatione ferarum nocua, §. 6. & 7, vbi de vigiliis, contra feras, & §. 9. p. 18. de licentia occidendi, cui non subscribimus. Rectius iudicatur §. 17. vbi molossi & latrantes canes arcentur, permitti. Illustris est locus, in Dn. de SECKENDORF Fürsten-Staat, P. 3. C. 3. §. 2. Vid. KLOCK. P. 1. consil. 30. Distinguere deberent Domini. Qui e. gr. praedia habent, in bannis ferinis Principum, habent ea cum onere. Vid. Scriptores de banno ferino, Schroeter, Schulz, Wolfart.*

f 3

§. III.

§. III.

In quaestionibus, incendiorum culposorum, soepe occurrunt die Ladungen, mit Papier oder Heede. Lana requiritur inter aedificia. Ob das graue Papier nicht zünde, magis expertis relinquimus; habet & illa charta suos gradus.

XVII.

Duella, post inuentionem, pulueris pyrii, num sint acerbiora facta, non adeo licet determinare.

Sufficit, quod omni tempore fuerint illicita & seuerè prohibenda. *vid. edicta patria.* Ferunt, man habe die Weise gehabt, daß ein jeder Duellant sich auf ein Tönnchen Pulver gesetzt, in der Hand eine brennende Lunte habend, um das praeuenire zu spielen. Sed ad naenias haec referimus, quia nullum foret dubium, quin & alter praeueniens ex illa incensione damnum fuerit passus mortale.

XIX.

Opilionibus Meckl. licebat olim gestare sclopetum. Per. Ord. ex saec. XVII. non ita.

Scatebat olim prouincia lupis, vnde dicta licentia, quae tamen saepe fraudi venationi erat, praesertim qua ejusmodi coeteroquin otiosos, per deserta, campos & arua, viatores. Datur, ex saec. XVI. imago opilionis

nis Meckl. cuius, diagonaliter, per humerum pendet bombardam, ad cuius latus procumbit molossus & Lycisca latrans, vt loquitur Virgilius, quique labiis dirigit sacculum musicum, etnen Dudelsack, quem & tunc een Hämelsken adpellabant, *vid. Spec. Idiotici Meckl. primum.* Ordinationes saec. XVII. per argumentum prohibent sclopeta, ita enim & illa Schäfer-Ordn. de 1643. & 1654. §. 13. So sollen auch die Schäfer = gute Hunde zu halten, befehligt seyn, bey willkührlicher Strafe. Expectetur, beneuole, recensus edictorum Meckl. de Lupis, inter quos maxime memorabile illud, *Gustav-Adolphinum, de 1655. d. 12. Dec.* quoniam, per bellum praecedens, patriam repleuerant myriades. Rubrum habet: Die Ausrottung derer Wölfe. Vltimum, quantum nouimus, est *Friderico-Wilhelminum, de 1697, d. 20. Dec.* quo mandatur, denen Hauff-Leuten, erwachsenen Personen zu den Wolfs-Jagten zu schicken.

XIX.

In poena viuiconburii, qua olim veneficos, hodie incendiarios, it. sodomitas, conuiuendo, semper carnificibus fuit licitum, maleficis quantitatem pulueris pyrii collo adpendere.

Poena est per se atrocissima, vtut & per regulam: Per quod quis peccat &c. haud iniusta. Mors interea est omnium extremum. Et placuit dudum, quod poena lenti ignis, quam vocabant das Schmöcken, *vid. descriptio, apud DOEPLERUM in operosissimo Theatr. Poem. P. 2. c. 48.* descripta, cesset in praxi. Habeatur cura anima-

ma-



marum & quam citissime expediantur poenae vltimae. Vnde nonnullas poenas mortis, crucifixiones, transfixiones per hastas, in oblongum, crurifragia, absque den Gnaden Schlag &c. etiam ex auditu, detestamur vehementer. Legatur *DOEPLERUS* ad horripilationem vsque. *Conf. nostra diss. de Jcto salutis aeternae ciuium rationem habente.*

XX.

Aliquid, ex materia Heergewettae, Juris feudalis.

Quod in Terris Meckl. non detur successio Heergewettica feudalis, *vid. in Mantzeliano Jure Meckl. ill. Cent. I. jud. 9. 15. II. 33. item Cent. III. jud. 7.* Quod tamen quilibet vasallus paratam semper habere debuerit Heergewettam, nullum est dubium, & quidem ita, vt Marechalculus Prouincialis, *vid. Funebria Moltzahniaua*, nihil desiderandum inueniret. Haec alio loco: Hoc tantum annotari debuit, quod diu, post inuentionem pulueris pyrii, ad inuentarium Heergewettae sclopeta non fuerint relata. Ratio in eo est, quod promptae bombardae, *vid. supra*, sint junioris augmenti tantum scientiae. Anno 1571. fecerunt Jcti Rostoch. *vid. opus all. Cent. III. n. 17.* vbi ita: Sonst aber gehöret zum Heergewette: Des Verstorbenen bestes Pferd, gesattelt und gezäumt: Sein Schwerdt und Schild: Sein bester Harnisch: Seine täglichen Kleider und ein Heer-Pfühl, das ist ein Bette, nächst dem Besten, ein Küssen, zwey Leylacken: Ein Tischtuch: Zwey Becken oder Schüsseln: Eine

Eine Hand-Dwele: Ein Kessel, oder Fisch-Kessel: Ein Kessel-Hacken. Quod, in patria nostra notio Heergewette olim fuerit laxissime adhibita, probatur ex prima Ord. Pol. de 1516. tit. van Were und Heergewede ita disponente: Also ock under etlyken Hantwerken, in etlyken Derden, eine gude Gewahtheit, dath se im Ingange erer Hantwerke, edder kortes darna, im Hantwerke ere Were und Hergewede hebben und solcke wysen mōthen, darmit schall ydt, wo van Oiders, und beth anher geschehen ys, vürder gehalten werden. Occasiones otiorum, poculorum & emunctionum fiebant, vnde bene abrogatum. Ridiculam quaest. Meckl. vom lebendigen Heergewette, *vid. in Select. Jurid. Rost. Mantzelianis, fasc. 1. p. 160.*

EPIMETRA & COROLLARIA, AFFINIUM.

I. **A**ntiquae editiones quaedam Bibliorum, sistunt, qua tormenta & pulverem fulminalem, ridiculos pictorum errores. Paradisus ipse, positus tormentis, est custoditus. Obsidio Bethulienensis exhibet, ad Librum Judithae, eiusmodi tormenta, &c. Leg. P. ZORNII *Historia Bibliorum pictorum.* *vid. ROHR & HILSCHER de erroribus pictorum & nouior Dn. BELITZ, qui edidit 1749. Irrthümer, und seltsame Einfälle, der Mahler, in Abbildung, der Leidens-Geschichte Jesu. Leg. S. 24. ibi: Den Hauptmann hat der seel. Herr D. Zahn, in einer Gräfl. Schloß-Capelle, zu Pferde sitzend, angetroffen, daß er ein paar*
g
Vi.

Pistolen am Sattel geführt, Autor false ludit, saluo textus verbo: stand: Ich glaube, der Hauptmann hat die Pistolen in dem Arsenal gefunden, aus welchem Salomo die Canonen genommen, womit er seine nach Ophir segelnde Schiffe ausgerüstet. S. Seuberlichs Bibel.

2. Veniat nunc Goliath, insultator, der dem gegenseitigen Zeug Hohn spräche. Breuis erit historia.

3. Usus elephantum cum turribus, in aciebus, estne fabula? *All. Dn. KIRCHHOF p. 423.* scribit: Nach der Pulver-Erfindung, würde es sehr lächerlich seyn, mit bethürmeten Elephanten aufgezogen zu kommen. Eine einzige Musketen-Kugel etc.

4. Artem narcoticam, die Passower- oder Bestmacher-Kunst, pro spuria habemus, quicquid narretur, von Höllen-Hemden etc. Habet historia patria passum, curiosum huc facientem. In quodam multorum librorum asceticorum, *Er. Francisci*, siue *Fixi*, datur meditatio concernens. Legat, cui datur, *Comitis Roncelli Scarolini diss. de Homine invulnerabili*, recensitam in *Nouis Litt. Erlang. 1736. n. 36.*

5. Das Flinten-Besprechen ad naenias referimus. Lycanthropiam exercentes forte intelligunt. Anilia referuntur, de heroe quodam, der die Kugeln aus dem Busen gesammelt. Ad passum hymni: Gleichwie ein Held = sich- und kugelfrey, parcimus.

6. Incidit Legio fulminatrix, ex tempore Antonini Phil. Imp. Sed est allotrium. *vid. interea Dn. GREGORII scriptum spec. recens. in dem Merckwürdigen, aus den fl. Schriften, 1752. n. 7. ubi nubes Autorum, inter quos, Walch, Baumgarten, de Mosheim, Deyling, alii.* Ruit saeculum in pejora & multorum vox est blasphema: *Hic Deus nihil fecit.* Aurea sunt verba *B. HOFFMANNI Lib. 1. von der Zufriedenheit, p. 96.* Recht muß doch Recht, wahr muß doch wahr bleiben, wenn sich auch zehnmal hundert tausend Mann vereinigen, es mit Carthaunen und Feuer-Mörsern umzukehren.

7. In

7. In edictis, quae respeximus, multa sunt, von Wolfs-
 Kublen, & de praemiis in capita luporum. Cessant hodie ejus-
 modi foucae, quales & in militia parari solebant. In Capitulari-
 bus Caroli M. de Villis suis, (von Jhro May. Domainen) dispo-
 situm, n. 69. *De lupis omni tempore nobis annuntient, quan-
 tos vnusquisque comprehenderit & ipsas pelles nobis praesenta-
 re faciant: Et in mense Majo illos lupellos perquirant, & com-
 prehendant, tam cum puluere achamis, quam cum fossis & cani-
 bus. Quid hoc: cum puluere? an die gestreueete Bitterung,
 oder Körnung?*

8. In Tactica Imp. Leonis, latine versa, legitur interdum,
 vt supra jam expressum, loco *arcubus, arquutibus*: Incidit
 etymologia vocis: *arquebusade* &c. Habuimus, ante aliquot
 annos, exemplum viri non-militaris, qui poena ejusmodi trans-
 fixationis, per globulos plumbeos, extinguebatur.


9. In eadem Tactica, *Cap. 20. in epilogo, §. 67.* commen-
 dantur militibus libri astronomici, cum addito: *genethliologias*
 (das Nativität-Stellen) autem, quae in illis libris sparsae sunt,
 & ab ecclesia Dei rejiciuntur, nostro nos quoque regno expel-
 limus. Sapienter! Antea §. 3. allegatur diuinissimus Apostolus
 Paulus: Ergo respicitur textus, Epist. ad Tit. Cap. III. v. 9. Satis!

10. Quid est, soepissime in examinibus fori, maxime Cri-
 minalis, ein Schuß-Mahl? Caue tibi, Judex, ito, & ipse me-
 tire distantiam; ceu pronuper fieri debebat, in casu foedissimo.

11. An intentio, species quasdam animalium plane extir-
 pandi, placet creatori? Neg.

12. Qualia sunt instrumenta tormentaria, in chartis
 Meckl. obuientia, de Bliden? & cur species alia vocatur
 Doppelhacken?

13. De vsu medico & culinari, pulueris fulminalis, ju-
 dicent Domini Medici. Quod, per acetum, extingatur virtus,
 hujus pulueris, dicitur: fiat experimentum & cogitetur, euen-
 tualiter de usu.



14. Edictum *SEREN. DUCIS REGN. de 1756. d. 23. Oct.* contra excessus, festiuitatum rusticarum Domanialium, habet, inter alia, sapientissima, Nr. 8. prohibetque, das Lösen, der Schieß-Gewehre, bey Hochzeiten, an Fest-Abenden, oder bey sonstigen frohen Begebenheiten. Solebant & in hac specie esse sonori, beneque poti atque pasti pericula, ut taceamus alia, cau-
sari.

15. Num expediat, vel noceat, in einen brennenden Schornstein, zu schiessen, indagetur. Distingunt nonnulli.

16. Quod non detur stilles, weisses Schieß-Pulver, statuimus.

17. Praebeat amicus exemplar, einer Wind-Büchse, rogamus. Non data nobis fuit, hactenus, occasio talem intuendi; viuas & ambulantes passim vidimus. Si est, vt refertur, mirandum, quod non diu ante pulueris nostri analogiam, talis machinae sint inuentae. Sed fit nihil sine voluntate diuina. Cogitetur de typographia, cuique inueniendae datae sunt occasiones, per omne aeuum innumerae.

18. Doctrina nonnullorum *JCtorum*, quod defendat, in homicidio, si quis bombardae explosione occidere potuisset, manubrio tamen ejus percussit, *vid. THEOD. Coll. crim. & cum eo SCHOEPFER. Syn. ad L. Corn. de sicar. n. 44.* non aridet & monet bene *Schoepfer*, quod circumstantiae variant. *Add. all. HARPR.*

19. Execitium armorum, antithac, in ciuitatibus consuetum, feliciter cessare potest, cum omni solennitate, nach den Vogel, oder die Scheibe zu schiessen, und Könige zu machen.

20. Argumentum, pro puluere pyrio, von der mehrern Blutigkeit, derer alten Schlachten, non sine inductione, maxime per praelia repetita & durationes bellorum poterit examinari. Rara sunt, juniore aeuo, praelia decretoria, quia & de collisionibus, magni momenti, dicitur, das sey noch nichts entscheidendes.

21. Tur-

21. Turres, in Terris Meckl. extructae olim, in locis paludosis, sunt maxime memorabiles. Multas, in ruderibus & reliquiis habet nostra Geographia. Digito monstramus e. gr. vicinam Ziebuelensem & prope Gnojam, Wastoviensem: sunt illae partim antiquiores inuentione pulueris pyrii. Aliae, v. gr. Anckershagae, sunt iuniores, quia habent artificiosissima foramina, dicta Schieß-Löcher. Cogitetur de castris Ganerbiorum sculptis & descriptis, in *Dn. ESTORIS fl. Schriften, P. II.*

22. Qv. An adhuc sperandae sint nouae artes? Affirm. Ea, quae dicitur aeronautica, praeparabatur, anno 1676. a *Professore Rinthel. Phil. LOHMEIERO, per disp. de artificio nauigandi per aerem, vid. §. 47. de possibilitate.* Non audiuius de praxi. Quod contra artes quaedam perierint, constat. *vid. supra all. Panciroll. Mart. SIMONII Lib. de litteris pereuntibus, Francof. 1715. Neri de arte vitriaria, Amst. 1668.*

23. Electrificationis admirabile studium videtur, quod dolendum, deseruisse. Sunt, qui mala mente spargunt, esse artem, Chaldaeis, aliis, diuissime, inter arcanas tamen, cognitam. Sed placet absoluere paginas, cum allegatione, elegantis *Progr. Pentec. Gryphisw. Ill. Dn. de BALTHASAR, Jcti, de electrificatione spirituali, quam adprecamur omnibus nobis.*

24. Volebat excerpti *diff. Dn. J. H. RAYS, Jcti Giess. hab. 1739. rec. 1750, de ferarum persec. in territorio alieno, vulgo: Jagt-Folge, sed vult totus legi hic tersus libellus.* Agit, inter tot alia, §. 3. f. von Jagt-Frohnen. §. 6. scribitur, de feris, natale solum repetentibus. §. 13. all. *Jus Meckl. Diff. Bassinellerianam, alleg. de modo venandi, vulgo dicto die Klapper-Jagt, ed. Viteb. 1754. pariter valde commendamus.* Opera illustrissima *MAURITIO-FLEMMINGIANA, intuitu artis militaris & venatoriae, hic loci volvere non fuit datum.* *Grafen Reinhardts, zu Solms, sieben Kriegs-Bücher, insonderheit, von denen 24. Kriegs-Neutern, zu Kayf. Maximil. I. Zeiten, auf groß Royal-Papier, mit vielen saubern Holz-Schnitten, ed. 1559, vid. in Biblioth. Gothana.*

Quod Parisiis, anno 1757. in 2. Vol. 8. prodiit opus s. t. *Commentaires sur la defense*, nouimus, qva laudes & oxistentiam tantum. Aeneas est Tacticus, antiquissimus Autor militaris.

III. *QUINTI ICILII*, cujus nominis initium manebit in fastis valde memorabile, *Memoires militaires* omne ferunt punctum. Cum ederentur nomen strenui Herois erat *Charles GVISCHARD*.

Tantum erat, Deo annuente, satis.

PRAESTANTISSIMO
DOMINO RESPONDENTI,

S. P. D.

P R Æ S E S.

Inscriptus, *Vir - Juvenis ornatissime!* cum aperiretur haec nova *Friedericiana*, Tibi in genere & in specie patria Academia, Anno MDCCLX. m. Oct. te accinxisti laboribus academicis philosophico - juridicis & quidem tam strenue ut neminem te superare sis passus. Testis sum oculatus, de assiduitate tua. Perplacuit mihi quotidiana tua attentio & annotatio, maxime etiam, qva multis spretam historiam litterariam & bibliophiliam. Ito & decies repetitas persolve gratiarum actiones, tuis fidelissimis in arte loquendi & cogitandi Praeceptoribus. Esto testis in propria causa, jure propitio, stans in cathedra disputatoria. Mihi insigne est gaudium, quod te mecum habeam & quod *Ven. Dn. PARENS*, *Fautor mihi exoptatissimus*, autor fuerit svasorqve hujus publici speciminis. Gratulor eidem totus, de optimae indolis filio & apprecor, cum oblatione officiositatis meae, omnigenam felicitatem. Tu autem, *Amice Humanissime!* urge propositum & fies verus Jctus. Quaere piam, solidam & non simulatam eruditionem, vel philosophiam,

phiam, ut loquitur noster Imperator, semetipsum appellans Juris Studiosum. Solida, inquam, quaere, quibus sub vocibus, mihi, de pulvere pyrio tecum disputanti, incidunt verba *Moseriana*, quibus est usus, Ill. ille Vir, in praef. Lexico Jctorum praemisso, von nützlichen und brauchbaren Rechtsgelehrten, p. 18. Wenn ich alle unsere, in die bloße Gelehrsamkeit verliebte deutsche Rechtsgelehrte zusammen nehme, kommen sie mir als ein prächtiges und schön untereinander spielendes Feuerwerk für. Gleichwie aber, bey manchem einzeln Pfund, gemeiner Lichter, vielmehr gutes, für das gemeine Beste gearbeitet wird, als ein ganzes Feuerwerk Nutzen schaffet, so ist es auch mit jenen. *Bellicosa tradit, inter alia, dissertatio nostra. Perpetua est in jure comparatio militiae & studiorum, unde & nos Commilitones appellare solemus. Ut viros in sago celebres Resp. veneratur & in toga tales sunt maxime colendi: Heroes togatos vocamus Aulicos aliosque ex scientiis illustres. In bello de pace & in pace de bello cogitare, summa est sapientia. In proprie tali bello Musae haud parum turbantur. B. BICCIUS, venustus Poeta, comparans arenam utramque, in quam, ut est in phrasi, descendimus, ita canit, de vera militia:*

Mars ist Magnificus,
Dem man gehorchen muß.

Et de metaphorica:

Kein trara, bum, bum, bum,
Kein Schall, der Feld-Trompeten,
Kein Knall der Falkonetten,
Stört ihr Collegium.

Det pacem Dominus in diebus nostris & florebit magis nostra
svavissima Friedericiana.

Tu autem, *Amice oculissime!* rem tuam age, Deo confisus, tranquille atque feliciter. Cogita de ardore, quem etiam das Feuer eines aufgeweckten Mannes appellamus. Feri malos & deviantes. Gebt Feuer! ego in disputatoriis & practi-
cis acclamare interdum soleo. Flammula spiritus, quae nobis,
in



in sobrio sensu, est enthea atqve indita, vult excitari & verbum ἀναζωπυρέω, quo usus, admonens Timotheum, Divinissimus, ut eum nominavit Imperator noster Tacticus Leo, Paulus, Ep. 2. Cap. I. v. 6. habet, quae excitant. Est, in pio sensu, Deus in nobis, agitante calescimus illo; id quod *Amice!* Tuus valde alias senescens Praeses, bey dem das Feuer, Gott Lob! noch nicht verloschen, inter labores per Dei gratiam quotidie experitur. Sed satis! Vale! & Splendideissimae Familiae soepe, in veste paragaudia, para gaudia, Casus, b. c. D. aliquando, pro gradu, resolvendus, sit hicce pulverarius: Es war ein berühmter Consulent, dem ich vor einigen Jahren, in einer grossen Rechts-Sache, eine Belehrung gab, daraus er manches in seiner Haupt-Schrift gebrauchet, verschiedenes aber, auch erhebliches, ausgelassen hatte. Man fragte denselben: Warum er nicht alle Gründe angebracht? Er versetzte, Man müste nicht alles Pulver auf einmahl verschliessen. Qv. Ob derselbe recht gethan? Iterum satis! Memento mei, etiam post plane extinctum mihi nativum calorem. Dab. Buezovii, d. 9. Octobr. Anni MDCCLXII.





ur noster Imperator, semetipsum appellans Ju-
solida, inquam, quaere, quibus sub vocibus, mi-
rrio tecum disputanti, incidunt verba *Moseria-*
fus, Ill. ille Vir, in praef. Lexico Jctorum
üßlichen und brauchbaren Rechtsgelehrten, p. 18.
sere, in die bloße Gelehrsamkeit verliebte teut-
sche zusammen nehme, Kommen sie mir als ein
schön untereinander spielendes Feuerwerk für,
bey manchem einzeln Pfund, gemeiner Lichter,
für das gemeine Beste gearbeitet wird, als ein
Nutzen schaffet, so ist es auch mit jenen. Bel-
er alia, dissertatio nostra. Perpetua est in jure
iae & studiorum, unde & nos Commilitones
s. Ut viros in sago celebres Resp. veneratur
sunt maxime colendi: Heroes togatos voca-
que ex scientiis illustres. In bello de pace &
ogitare, summa est sapientia. In proprie tali
parum turbantur. *B. BICCIUS*, venustus
arenam utramque, in quam, ut est in phrasi,
canit, de vera militia:

Mars ist Magnificus,

Dem man gehorchen muß.

Et de metaphorica:

Rein trara, bum, bum, bum,

Rein Schall, der Feld-Trompeten,

Rein Knall der Falkonetten,

Stört ihr Collegium.

inus in diebus nostris & florebit magis nostra
ricia.

, *Amice oculissime!* rem tuam age, Deo con-
atque feliciter. Cogita de ardore, quem

eines aufgeweckten Mannes appellamus. Feri

es. Gebt Feuer! ego in disputatoriis & practi-

rdum soleo. Flammula spiritus, quae nobis,

in

